

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod.
Aug. perg. 14**

[S.l.], [9. Jh.]

Inc.: unde et unus quisque ad cordis sui penetralia dirigat intentionem (...)

[urn:nbn:de:bsz:31-20216](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-20216)

...eris hominis
...formationis transe
...et gloriam. Unde dicitur seruus malchus
dicebatur; coelestis in latinam linguam
uertitur rex uel regnator. Quomodo
rex & seruus. nisi quia inuicem homine
serui sumus peccati. Immo itaque dñi
di sanati gratia. reges & regnatores erimus
cum xp̄o. Quid est quod ipse dñs p̄secuto
rem suam sanauit. nisi quod omnis p̄
dicator in ecclesia xp̄i. nec suos uerbo pie
tatis sanare inimicos desistat. Unde
& ipse dñs tempore passionis suae. opera
suam in suos p̄secutores non deseruit sa
nitatis. Ne ideo forsitan p̄missus est mal
chus uulnerari. ut p̄ccati ostenderetur con
stantia. & dñi claresceret pietas & nobis
ad omnes boni operis daretur exemplum.
Quatenus salutis aeternae medicamenta
suam inimicis praestaret. Cur
duo gladii in domineca totum modo
passione inuenti sunt. & in uno aposto
lica pugnauit fiducia. Alium uagina
exemptum non legimus. Diximus duos
gladios. corpus & animam significare.
quae ambo per unam fidem operari
debet. ut fides quae in anima latet.
foras per corpus ostendatur in opere.
ex abundantia cordis os loquitur.
Unde & discipuli dona sc̄i sp̄s in igne
is. linguis accipientes loqui dicuntur

magnalia di. quia ubi caritas p̄donum.
sc̄i sp̄s intus ardescit in animo. mox foras
in uerbo clarescit praedicationis. pos
suntque non inconuenienter duo gladii.
fides & opus intellegi. Illa in corde
latens. istud in facto in palam procedens.
& diligentius considerata par prior
significationi haec quoque inuenitur.
quia fides & anima est. opus uero corporis.
Unde & unus quisque ad cordis sui penetralia
dirigat intentionem. & uideat in eo quantum
diligat dñm. & eandem dilectionem pro
ferat in opus. & maxime praedicator
ecclesiae xp̄i. caritatem redemptoris
nr̄i per uerba saeculae praedicationis
populis ostendant. Similiter ardentes
in domo di sint ciuitates firmae in mon
tibus uirtutum consistite. & contra omnes
insidias hostilis exercitus munitissime.
sint pastores prouidi. gregem xp̄i per
pascha uite aeternae ducentes. quate
nus cum multiplici animarum fructu
gaudia dñi di sui mereantur ingredi.

EXPLICIT OMELIE DE SEPTUAGESIMA

Unde & unus quisque ad cordis sui penetralia
dirigat intentionem. & uideat in eo quantum
dñm & eandem di dilectionem proferat in opus
& maxime praedicator ecclesiae xp̄i caritatem

pater
puer

puer natus

Em. XV. 113.